

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,
Quinctum fratrem

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

In Epistolas M Tvllii Ciceronis Ad M Ivnivm Brvtvm Et Ad Q Ciceronem
Fratrem, Pavlli Manvtii Commentarijs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770415)

IN · EPISTOLAS
M · TVLLII · CICERONIS
AD · M · IVNIUM · BRVTVM
ET · AD · Q · CICERONEM
FRATREM,
PAVLLI · MANVTII
COMMENTARIVS

In Aduersus Verba

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

IN EPISTOLAS

M. TULLII CICERONIS

AD M. IVNIUM BRUTUM

ET AD Q. CICERONEM

PER A. T. R. M.

PAVLLI. MANVTTII

COMMENTARIIS

Extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



ALFONSO · CARAFÆ
PRAESTANTISSIMO · IUVENI
ANTONII · MARCHIONIS · MONTISBELLI
FILIO

Paullus Manutius, Aldi filius, S. D.



IN SVO: quaeque res merito penderetur, Alfonso Carafa, hominum esset in uirtute uigilantium praecleara condicio; contraque, quos auersa a ratione uoluntas ad malas artes, & flagitiosa consilia traducit, cum ijs pessime semper ageretur; eorumque docti exemplo, sapientius deinde alij non modo suis, uerum etiam publicis rationibus consulerent. itidem enim, ut e corruptis seminibus uitiosae fruges, sic a malis exemplis improba studia, a laudabilibus optima nascuntur. uerum hoc totum secus est. quippe non modo ad reprehendendum, quae reprehendi iure possunt, procliuiiores, quam ad laudandum, quae laude digna sunt, omnes fere sumus; nec satis aequa lance turpe, & honestum examinamus; quae debemus pariter, alterum odisse, alterum diligere: sed etiam saepe facimus, ut eas res, easque actiones, quarum causas ignoramus, quaeque recte ne an secus fiant, diiudicare non possumus, accusemus tamen, acerrimaque uituperatione, quae interdum efferi laudibus oporteret, ea deprimamus. Ac, ne me putes, Alfonso clarissime, huius initium sermonis temere detulisse: ego nunc, si nescis, meam, meam dico? immo uero communem utriusque nostrum causam ago. aut enim uterque agimus egregie; aut uterque similiter peccamus. Audis ne tu uoces in Latinae linguae nomen irrupentes, hominum obrectantium, qui rei pulcherrimae scientiam reprehendant, qui nos derideant, ludosque faciant, atque etiam, si dijs placet, odio dignos existiment, quod operae tantum, ac temporis in hoc tam nobili studio collocemus? tu fortasse non audis, totus in litteras abditus, multorum a consuetudine seiunctus aut, si audis, negligis opinor, magnis non tam fortunae, in qua tamen ipsa multum inest, quam rerum omnium laudabilium praesidijs ad omnia munitus. me uero, humili hominem loco, hac una tibi Romani sermonis cupiditate parem, ceteris rebus omnibus inferiorem, ista sane, quae ferunt aures meas, uehementer commouent: non quod ea, quibus

utuntur.